I.—Prospectus Gryllacridarum Borneensium.—

Par le Dr. Achille Griffini, R. Istituto Tecnico, Bologna.

J'ai eu le plaisir de pouvoir étudier récemment la collection des Gryllacridae du Musée de Sarawak, que Mons. J. C. Moulton a bien voulu m'envoyer obligeamment en communication. J'ai publié sur ces insectes une note systématique (Bibliographie, No. *22*); je dois maintenant ajouter que les types des espèces et sous-espèces nouvelles de cette collection, de même que les exemplaires plus rares et quelques doubles des autres espèces, m'ont été donnés pour ma collection.

J'aime à signaler la liberalité du Musée de Sarawak, vraiement exceptionnelle, et je prie encore ici Mons. Moulton de bien vouloir agréer tous mes remercîments.

Je crois qu'un Prospectus complet des Gryllacridae de Bornéo, rédigé comme ceux que j'ai dejà publiés pour les espèces Africaines, pour les espèces de Madagascar, pour les espèces Americaines et pour celles de la Nouvelle Guinée, pourrait être utile aux entomologistes ; j'ai donc disposées en Prospectus dichotomique et synonymique toutes les espèces et sous-espèces ou variétés de Gryllacridae connues jusqu' à présent comme existant à Bornéo, avec les indications bibliographiques necessaires et les annotations que j'ai cru devoir ajouter.

Les Gryllacridae de Bornéo rentrent tous dans le grand genre *Gryllacris* Serv.

Je suis bien heureux de pouvoir publier mon Prospectus dans le "Journal du Musée de Sarawak," dont le premier numero, paru en Février 1911, contient dejà des travaux scientifiques très variés et d'un grand intérêt.

Bologna (Italia), le 14 Mai 1911.

Gen. Gryllacris Serville.

Dispositio specierum Borneensium :

A. Alae unicolores, hyalinae vel subhyalinae leviter infumatae, nec totae atrae, nec fuscae venulis hyalino

cinctis, nec hyalinae venulis fusco cinctis, neque fuscae hyalino maculatae; interdum tantum (*Gr. venosa*) venulis anguste ferrugineo cinctis:

B. Elytra subtota atra vel basi late atra, colore atro fasciam vel maculam latam flavidam includente:

C. Elytra valde longa (circiter mm. 47), basi atra ibique maculam flavido-aurantiacam includente; caput atrum; pronotum atro marginatum; femora apice atra; femora postica gracilia; alae subinfumatae; ovipositor elongatus, rectus:

(1). *Gr. borneensis* De Haan 1842 (*4*), pag. 219, Tab. 19, fig. 7 (mas).—Gerstaecker 1860 (*5*), pag. 264 (mas).—Brunner 1888 (*7*), pag. 327–28 (mas et foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 139.—Griffini 1908 (*13*), pag. 12–13.—Griffini 1911 (*22*), pag. 5.—Griffini 1911 (*23*, *25*).

HABITAT: Borneo (Auctores omnes); Banjermassing (De Haan); Nord Borneo (Mus. Berolin.); Borneo, Kuching, Busau (Mus. Sarawak).—Occurrit etiam in insula Sipora, Archipelagi Mentawei (Mus. Genova).

NOTA 1: Specimina 5 vidi in collectione Musaei Sarawaki.

NOTA 2: In insula Sumatra haec species non occurrit, sed occurrit *Gr. borneensis* subsp. *Fruhstorferi* Griffini 1908, valde distincta (Mus. Berolin. Typi; Mus. New York, specimen a Rehn descriptum).

CC. Elytra valde brevia (circiter mm. 16), subtota atra sed basi et ad medium transverse irregulariter flavido-ferruginea; femora postica basi valde incrassata; genicula pallida sed femora ante apicem et tibiae post basim atro annulatae; pictura capitis et pronoti variabilis; alae hyalinae; ovipositor breviusculus, incurvus:

(2). *Gr. fasciata* (Walker).—*Larnaca fasciata* Walker 1869 (*6*), pag. 191 (foem.), descriptione emendanda.—*Gryllacris fasciata* Kirby 1906 (*11*), pag. 140.—Griffini 1908

(*13*), pag. 2-4 (mas et foem.).—Griffini 1911 (*23*).—*Gryllacris fasciata* (ut nova spec. hoc eodem nomine descripta) Brunner 1898 (*9*), pag. 275 (mas).—*Gryllacris baramica* nov. nomen Kirby 1906 (*11*), pag. 140.—Griffini 1909 (*16*), pag. 301-02 (mas).—Griffini 1911 (*23*).—*Gryllacris fasciata* Griffini 1911 (*25*).

HABITAT: Borneo (Auctores omnes); Sarawak (Walker); ad flumen Baram (Brunner); N. Sarawak, Trusan (Mus. Oxford); Borneo, S. O. Borneo (Mus. Berolin.).—Occurrit etiam in insula Sipora, Archipelagi Mentawei (Mus. Genova).

NOTA: Synonymiam iam putatam inter *Gr. fasciatam* (Walk.) et *Gr. fasciatam* Brunn., hic constituo.

BB. Elytra haud atra neque basi atra, sed subhyalina vel parum infuscata, venis venulisque fuscis vel atris:

D. Elytra amplissima (longitudine 40–50 mm.), campo antico hyalino, campo postico sensim infuscato, venis venulisque omnibus ferrugineo-fuscis, haud inusitate crassiusculis; alae hyalinae, venis venulisque subtilibus sed acute delineatis; caput maiusculum, fastigio verticis marginibus carinatis; macula ocellaris frontalis magna:

(3). *Gr. signatifrons* Serville 1839 (*3*), pag. 393 (foem.).—Gerstaecker 1860 (*5*), pag. 273.—Kirby 1906 (*11*), pag. 142.—Griffini 1908 (*13*), pag. 4-6 (mas et foem.).—Griffini 1909 (*17*), pag. 111.—Griffini 1911 (*22*), pag. 5.—*Gryllacris facifer* Brunner 1888 (*7*), pag. 340 (foem.).—*Gryllacris latipennis* Pictet et Saussure 1891 (*10*), pag. 311, Pl. II, fig. 13 (foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 141.

HABITAT: Borneo, Rejang (specimen unicum a me visum in collectione Musaei Sarawaki).—Occurrit etiam in Java (Auctores omnes, Mus. Berolin. Typus mas a me descriptus).

NOTA: In insula Nias et in peninsula Malacca occurrit *Gr. signatifrons* var. *Raapi* Griffini 1908, apice femorum et tibiis atris, elytris longitudine usque ad 55 mm. et ultra.

DD. Elytra valde minus ampla (longitudine 22–26 mm.), albido-subhyalina vel leviter testaceo tincta, venis venulisque fuscis vel atris inusitate robustiusculis; fastigium verticis marginibus tantum obtusis vel tumidulis; pronotum robustum:

E. Elytra subhyalina, leviter testaceo tincta, venis venulisque fuscis; alae sensim infumatae, venis venulisque subtilibus fuscis; antennae articulis 2 primis ferrugineis, articulo tertio atro, sequentibus fuscis et deinde ferrugineis; apex femorum cum tibiis subtotis colore atro:

(4). *Gr. Xántusi* Griffini 1909 (*18*), pag. 308–310 (foem.).

HABITAT: Borneo (Typus, Mus. Budapest).

EE. Elytra albido subhyalina venis venulisque atris, subtillime etiam atro marginatis; alae hyalino-albidae, venis venulisque ferrugineo-fuscis, his latiusculis et anguste ferrugineo marginatis; antennae totae ferrugineae; pedes testaceo-fulvi:

(5). *Gr. venosa* Walker 1869 (*6*), pag. 185 (foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 143.—Griffini 1910 (*19*), pag. 86–87 (cum nova descriptione typi).

HABITAT: Sarawak (Typus Walkeri, unicus cognitus, Mus. Oxford).

AA. Alae fuscae hyalino fasciatae, vel fuscae hyalino maculatae, vel hyalinae fusco fasciatae (interdum dilute), vel totae atrae:

F. Pronotum robustum, margine antico praecipue utrinque crenulato; caput crassum; alae fuscae hyalino-fasciatae, seu venulis pallidis et utrinque hyalino marginatis:

G. Femora omnia subtus atra, intermedia et postica extus fusco notata; alae levissime fuscae, venulis indistincte hyalino marginatis:

(6). *Gr. sordida* Fritze in Carl 1908 (*12*), pag. 303–04 (foem.)—Griffini 1910 (*20*), pag. 12.

HABITAT: Borneo (Carl).

NOTA: Specimina hujus speciei nunquam vidi.

GG. Femora omnia subtus pallida; alae distincte fuscae, venulis distincte et latiuscule hyalino marginatis:

(7). *Gr. ruficeps* subsp. *malaccensis* Griffini 1908 (*14*), pag. 7–8 (foem.).—Griffini 1910 (*20*), pag. 12.—Griffini 1911 (*22*), pag. 10–11 (mas et foem.).—Griffini 1911 (*23*).

HABITAT: Sarawak (Mus. Sarawak, Mus. Genova).—Occurrit etiam in Malacca (Mus. Taurinens.) et in Pulo Penang (Mus. Genova).

NOTA 1: Specimen unicum (Typum maris) vidi in collectione Musaei Sarawaki.

NOTA 2: *Gryllacris ruficeps* Serville typica, fastigio verticis angustiore, capite pronotoque rufescentibus, habitat in Java.

FF. Pronotum haud conspicue robustum, margine antico haud crenulato; caput haud insolite crassum:

H. Alae areolis pallidis, venulis anguste pallido marginatis necnon linea rubra vel purpurea extus utrinque apposita; elytra lata et valde elongata; alae subtriangulares:

I. Caput et pronotum atro signata; frons maculis 4 atris:

L. Frons extra maculas 4 atras centrales utrinque macula laterali picta; pronotum vittis duabus lateralibus obliquis, atris, necnon linea media longitudinali atra et punctis alineatis 4 notatum:

(8). *Gr. superba* Brunner 1888 (*7*), pag. 348, Tab. VIII, fig. 39 (mas).—Brunner 1897 (*8*), pag. 8, Pl. 6, fig. 73 (mas).—Kirby 1906 (*11*), pag. 143.—Griffini 1910 (*20*), pag. 11.

HABITAT: Borneo (Brunner).

NOTA: Specimina hujus speciei nunquam vidi.

LL. Frons extra maculas 4 atras centrales utrinque vitta longitudinali infraoculari picta; pronotum extra vittas laterales atras pyriformes unicolor; corpus statura maiore:

(9). *Gr. soror* Brunner 1888 (*7*), pag. 348–49 (mas). —Kirby 1906 (*11*), pag. 143.—Griffini 1910 (*20*), pag. 11.

HABITAT: Borneo (Brunner).

NOTA: Specimina hujus speciei nunquam vidi.

II. Caput et pronotum testacea pallida, concoloria; alae venulis pallidis latiuscule et diffuse utrinque purpureo marginatis:

(*Pro memoria*) *Gr. fasciculata* Pictet et Saussure 1891 (*10*), pag. 310–11, Pl. II, fig. 12 (foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 145.—Griffini 1909 (*17*), pag. 110–111 (cum nova descriptione typi).—Griffini 1910 (20), pag. 11.

HABITAT: Insulae Sundaicae (Pictet et Saussure).

NOTA: Species hic locata propter affinitatem cum duabus praecedentibus.

HH. Alae haud ut in **H** pictae:

K. Elytra fusco-nigra, in dimidio basali venulis hyalinis et utrinque subtillime hyalino marginatis, in dimidio apicali venulis fuscis, extus tantum subtillime hyalino marginatis; alae subtriangulares, fusco-nigrae, venulis subtillime extus hyalino marginatis; corpus atrum, capite pallidiore; pedes atri, dimidio basali femorum rufo-testaceo; ovipositor inusitate brevis, leviter decurvus:

(10). *Gr. atrata* Walker 1869 (*6*), pag. 174-175 (mas).—Kirby 1906 (*11*), pag. 140.—Griffini 1910 (*19*), pag. 84-86 (cum nova descriptione typi.—Griffini 1911 (*22*), pag. 9-10 (foem.).

HABITAT: Sarawak (Typus Walkeri in Mus. Oxford); Sarawak, Kuching (Typus foeminae ex collectione Mus. Sarawaki).

NOTA: Hujus mirandae speciei adhuc tantum duo typi sunt cogniti.

KK. Elytra testacea vel subhyalina, venulis concoloribus vel fuscis vel leviter fusco cinctis; ovipositor subrectus vel incurvus:

M. Alae totae nigrae; elytra venulis minime fuscioribus, 33 mm. longa; pronotum margine postico fusco limbato; femora omnia apice leviter infuscata; caput elongatum, pallidum; ovipositor parum incurvus, 17 mm. longus:

(11). *Gr. funebris* Brunner 1898 (*9*), pag. 276 (foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 140.—Griffini 1910 (*20*), pag. 16.

HABITAT: Borneo, ad flumen Baram (Brunner).

NOTA: Specimina huius speciei nunquam vidi.

MM. Alae haud totae nigrae, et si subtotae nigrae videntur tamen areolis quibusdam maculam subhyalinam vel flavidam includentibus praeditae:

N. Alae subtriangulares, subtotae nigrae, tamen areolis plurimis subhyalinis vel maculam subhyalinam includentibus; elytra pallida; caput subelongatum, pallidum, fastigio verticis angusto; palpi labiales apice valde dilatati; ovipositor ensiformis, parum incurvus vel subrectus, latiusculus, latere haud sulcatus, apice haud obliquo:

O. Elytra longitudine circiter 43-47 mm.; caput sine vittis subocularibus distinctis; alae subtotae nigro-fuscae areolis nonnullis in medio subhyalinis, parte subhyalina parva et haud perfecte definita, venulis

nonnullis lineola pallida incertissima extus apposita; ovipositor parum incurvus:

(12). *Gr. nigripennis* subsp. *elongata* Fritze in Carl.—*Gryllacris elongata* Fritze in Carl 1908 (*12*), pag. 304, Tab. VII, fig. 3 (mas).—Griffini 1910 (*20*), pag. 16.—*Gryllacris nigripennis* subsp. *elongata* Griffini 1911 (*22*), pag. 6–8 (mas et foem.).

Habitat: Borneo (Carl); Sarawak, Kuching (specimina 2 quae vidi in collectione Musaei Sarawaki et descripsi).

Nota: *Gryllacris nigripennis* Gerst. typica, elytris tantum mm. 35–38 longis, alis totis nigris tantum venulis lineola angustissima pallida extus marginatis, occurrit in Malabar (Gerstaecker) et in Java (Brunner).

OO. Elytra longitudine circiter 37 mm.; caput vittis subocularibus fuscescentibus distinctis; alae magna parte hyalinae, venulis fuscis lineola angustissima pallida utrinque marginatis, vitta sat lata nigro-fusca extus utrinque apposita; his vittis marginibus rectis ideoque areolis ample nitideque rectangulariter hyalinis; vittae ad marginem minus regulares; ovipositor subrectus:

(13). *Gr. nigripennis* subsp. *alivittata* Griffini 1911 (*22*), pag. 8–9 (foem.).

Habitat: Sarawak, Kuching (Typus ex collectione Mus. Sarawaki).

NN. Alae subcycloideae; ovipositor plus minusve incurvus, lateribus sulcatis:

P. Alae nigro-fuscae, areolis quibusdam vel plurimis maculam latiusculam hyalinam, subhyalinam, vel flavidam, includentibus, interdum etiam hyalino marginatae; elytra testacea vel ferruginea vel testaceo-subhyalina, venis venulisque concoloribus vel ferrugineis:

Q. Alae etiam late hyalino marginatae; corpus statura sat maiore; caput aterrimum; pronotum late atropictum, superne plaga maxima atra obtriangulari a margine antico ad medium sulci postici extensa;

genicula leviter atropicta; elytra testaceo subhyalina; alae areolis plurimis maculam latam hyalinam includentibus; ovipositor elongatus, sat incurvus, longitudine mm. 24.5 et ultra:

(14). *Gr. discoidalis* subsp. *atropicta* Griffini 1911 (*22*), pag. 16–19 et fig. (mas et foem.).

HABITAT: Sarawak, Kuching (Typi ex collectione Mus. Sarawaki).

NOTA: *Gryllacris discoidalis* Walker typica, de cujus typo in Musaeo Britannico servato mihi scripsit Doctor Kirby, est species patriae ignotae, valde distincta propter caput pallidum et pronotum incerte rufo pictum.

QQ. Alae haud vel minime hyalino marginatae:

R. Caput fuscum, macula inter antennas dilatata nigra; pronotum nigrum limbo fusco; ovipositor incurvus, longitudine mm. 19.5:

(15). *Gr. Servillei* De Haan 1842 (*4*), pag. 220 (foem.).—Gerstaecker 1860 (*5*), pag. 263–64 (erratis corrigendis).—Kirby 1906 (*11*), pag. 144.—Griffini 1911 (*21*), pag. 17–18.

HABITAT: Borneo, ad flumen Doeson (De Haan).

NOTA 1: Species valde incerta, cuius specimina nunquam vidi.

NOTA 2: Secundum Kirby haec species etiam in Penang occurrit; de hoc valde dubito.

RR. Notae capitis, pronoti, ovipositoris, haud ut in **R**:

S. Caput ferrugineum labro nigro; corpus statura maiore; alae intense infumatae areolis plurimis medio anguste et haud perfecte definite hyalino maculatis; elytra venis ferrugineis; genitalia maris secundum typum *E*, Brunneri; ovipositor longus mm. 30–35, modice incurvus:

(16). *Gr. nigrilabris* Gerstaecker 1860 (*5*), pag. 262–63 (mas et foem.).—Brunner 1888 (*7*), pag. 354–55.—Kirby 1906 (*11*), pag. 145.—Griffini 1909 (*15*), pag. 179–80.—Griffini 1909 (*16*), pag. 310–11.—Griffini 1911 (*22*), pag. 16.—Griffini 1911 (*23*).—*Gryllacris fumosa* Walker 1869 (*6*), pag. 175 (foem.).—Kirby 1906 (*11*), pag. 145.

Habitat: Borneo (Auctores omnes); Sarawak (Walker); N. Borneo, Sandakan, N. W. Borneo, Kuching (Mus. Oxford); Mont Mulu (Mus. Bruxelles); Sarawak (Mus. Genova); Sarawak, Kuching, Trusan, Matang, Sadong (Mus. Sarawak).—Occurrit etiam in Java et Amboina (Brunner) et in Singapore (Gerstaecker).

Nota 1: Hujus speciei 15 mares et 7 foeminas vidi in collectione Musaei Sarawaki, necnon complures mares a Senatore Doria collectos, nunc in Musaeo Januense servatos, et nonnullos mares in collectionibus aliorum Musaeorum.

Nota 2: Typum *Gr. fumosae* Walker in Musaeo Oxfordi servatum non vidi. Synonymiam mihi a Shelford indicatam accepi.

SS. Caput testaceo-ferrugineum vel brunnescente vel rufescente, labro ferrugineo-fusco; fastigium verticis angustum, marginibus lateralibus elevatis; elytra venulis testaceis vel rufis; alae nigro-violascentes, areolis paucis maculam magnam flavido-subhyalinam includentibus optime definitam; tibiae omnes post basim superne macula transversa fusca ornatae; spinae tibiarum anticarum valde longae; genitalia maris secundum typum *A*, Brunneri; ovipositor falcatus, mm. 16 longus:

(17). *Gr. malayana* Fritze in Carl 1908 (*12*) pag. 305, Taf. VII, fig. 11 (mas et foem.),—Griffini 1909 (*16*), pag. 315–16, fig. 1.

Habitat: Borneo, Nord-Borneo (Carl); N. W. Borneo, Kuching (Mus. Oxford).

NOTA: Hujus mirandae speciei unicum specimen vidi in collectione Musaei Oxfordi.

PP. Alae flavidae vel subhyalinae, fusco fasciatae, seu venulis fuscis utrinque fusco marginatis, colore fusco tamen haud in maiorem superficiem areolarum extenso; alae ipsae interdum, per exceptionem (*Gr. marginata*) late fusco marginatae:

T. Alae flavidae fusco fasciatae et latissime fusco marginatae quia ad marginem color fuscus areolas totas invadit; corpus robustum, ferrugineo-testaceum; fastigium verticis angustum, lateribus elevatis; elytra testacea, venulis testaceo-ferrugineis; tibiae omnes macula post-basali atra ornatae; spinae tibiarum anticarum valde longae; ovipositor modice incurvus, longitudine mm. 17.5:

(18). *Gr. marginata* Walker 1869 (*6*), pag. 162.—Kirby 1906 (*11*), pag. 142.—Griffini 1910 (*19*), pag. 92–94 et fig. (cum nova descriptione typi).

HABITAT: Sarawak (Typus Walkeri, unicus cognitus, in Musaeo Oxfordi servatus).

TT. Alae subhyalinae fusco fasciatae, sed haud late fusco marginatae:

U. Elytra venulis fuscescentibus, interdum etiam fusco circumdatis:

V. Caput haud subtotum nigrum, sed ferrugineum; pronotum haud macula magna nigra praeditum, sed etiam ferrugineum incerte pictum; corpus statura modica; fastigium verticis angustum: spinae tibiarum anticarum valde longae:

W. Color fuscus venulas alarum cingens maculam subrotundam supra quamquam venulam positam efficiens, marginibus convexis, apicibus constrictis, a colore flavido-subhyalino areolarum perfectissime distinctus, marginibus integris; ideoque fasciae fuscae e seriebus macularum connexarum sunt confectae; venulae elytrorum fuscescentes sed haud distincte fusco cinctae; caput

et pedes concolores; ovipositor longitudinem femoris postici aequans et subsuperans, plus quam 16 mm. longus, subrectus:

(19). *Gr. Moultoni* Griffini 1911 (*22*), pag. 13–15 (foem.).

HABITAT: Borneo, Mons Matang (Typus unicus ex collectione Mus. Sarawaki).

WW. Vittae fuscae alarum solito modo confectae, haud e maculis perfectis supra venulas positis; vittae latiusculae, marginibus parallelis sat definitis; elytra venulis anguste fusco circumdatis; labrum cum mandibulis atrum; femora subtus utrinque atro vittata, postica etiam extus; ovipositor falcatus, femoris postici dimidiam longitudinem parum superans (mm. 12.5):

(20). *Gr. Dyak* Griffini 1909 (*16*), pag. 306–09 (foem.).— *Gryllacris vittipes* subsp. *Dyak* Griffini 1911 (*24*), pag. 173 (foem.).— *Gryllacris Dyak* Griffini 1911 (*22*), pag. 11–13 (mas et foem.).

HABITAT: N. W. Borneo, Kuching (Mus. Oxford); Borneo (Mus. Budapest); Kuching (Mus. Sarawak).

NOTA: Tria specimina huius speciei in collectione Musaei Sarawaki vidi, inter ista typum unicum maris.

VV. Caput subtotum atrum, macula maxima frontali, flava inferius acuta; pronotum magna macula discoidali atra praeditum, tantum metazona et margine postico loborum lateralium testaceis; elytra fusco venulosa; alae venulis dilute fusco circumdatis; genicula atra; tibiae anticae totae atrae; tibiae 4 posticae apice atratae; corpus statura minore; ovipositor mm. 15:

(21). *Gr. podocausta* subsp. *Kuchingiana* Griffini 1911 (*22*), pag. 11 (mas et foem.).

HABITAT: Borneo, Kuching (3 typi ex collectione Musaei Sarawaki).

NOTA: *Gryllacris podocausta* De Haan typica, statura sensim minore, ovipositore tantum

mm. 8.5–10.5 longo, tibiis anticis ut reliquis tantum basi et apice atris, habitat in Java (Auctores omnes) et in Sumatra (Brunner, Rehn).

UU. Elytra venis venulisque concoloribus, testaceo-ferrugineis, vel pallidioribus:

Z. Corpus statura minore, tamen robustum; femora omnia ante apicem et tibiae post basim nigro annulatae vel nigro signatae; tibiae 2 anticae etiam ante apicem nigro annulatae; caput rufum; pronotum magna pro parte nigratum; elytra pallido venulosa, areolis compluribus plus minusve infuscatis:

(22). *Gr. maculipes* subsp. *irregularis* Griffini 1911 (*24*), pag. 174 (mas).—*Gryllacris maculipes* Walker 1869 (*6*), pag. 171 (tantum foemina ex Borneo, haud mas ex Corea).

HABITAT: Borneo (Griffini, Walker).

NOTA 1: Typus mas a me descriptus adest in collectione Musaei Hungarici.

NOTA 2: *Gryllacris maculipes* Walk. typica, tibiis omnibus etiam ante apicem nigro annulatis, alisque magis regulariter fusco fasciatis, habitat in Corea.

ZZ. Corpus statura maiore; femora et tibiae haud nigro annulatae; caput et pronotum pallida, atro picta; elytra venulis areolisque concoloribus, testaceo-ferrugineis:

(23). *Gr. signifera* (Stoll).—*Gryllus (Tettigonia) signifera* Stoll 1813 (*1*), pag. 26, Pl. XII*a*, fig. 50.—*Gryllacris maculicollis* Serville 1831 (*2*), pag. 139 (mas).—Serville 1839 (*3*), pag. 394 (mas et foem.).—De Haan 1842 (*4*), pag. 220.—Gerstaecker 1860 (*5*), pag. 254.—Brunner 1888 (*7*), pag. 352.—*Gryllacris signifera* Blanchard 1840, Hist. Natur. des Ins., Paris, Tome III, pag. 30.—Kirby 1906 (*11*), pag. 144.—Griffini

1908 (*14*), pag. 9–10.—Griffini 1909 (*15*), pag. 179.—Griffini 1911 (*22*), pag. 15.—Griffini 1911 (*23, 25*).

HABITAT: Borneo (Brunner); Kuching (Mus. Sarawak).—Occurrit etiam frequens in Java (Auctores omnes, Musaea omnia), in Sumatra (Brunner, Griffini), in Banka, Singapore (Brunner, Gerstaecker), in Corea (Kirby).

NOTA: Specimen unicum borneense vidi in collectione Musaei Sarawaki, propter longitudinem elytrorum (mm. 35) notandum.

Bibliographie.

1. C. STOLL. 1813. *Représentation des Sauterelles, des Grillons et des Blattes.* Amsterdam.

2. J. G. AUDINET-SERVILLE. 1831. *Revue method. des Insectes de l'Ordre des Orthoptères.* Annales Sciences Naturelles; Paris, Tome 22.

3. ——————— 1839. *Histoire natur. des Insectes Orthoptères.* Paris.

4. W. DE HAAN. 1842. *Bijdragen tot de kennis der Orthoptera.* Verhand. over de Nat. Gesch. der Nederl. overzeesche Bezittingen. Leiden.

5. A. GERSTAECKER. 1860. *Ueber die Locust. Gattung Gryllacris Serv.* Archiv f. Naturgesch., Band XXVI.

6. F. WALKER. 1869. *Catalogue of Dermaptera Saltatoria in the British Museum.* London.

7. C. BRUNNER VON WATTENWYL. 1888. *Monogr. der Stenopelmatiden und Gryllacriden.* Verhandl. K. K. Zool. Bot. Gesellsch. Wien, Band XXXVIII.

8. ——————— 1897. *Observat. on the Coloration of Insects.* Leipzic.

9. ——————— 1898. *Orthopteren des Malayschen Archipels ges. von Kükenthal.* Abhandl. Senckenberg. Naturf. Gesellsch., Frankfurt a. M., XXIV Band, II Heft.

10. A. Pictet et H. De Saussure. 1891. *De quelques Orthoptères nouveaux.* Mittheilung. Schweiz. Entom. Gesellsch., Schaffhausen, Vol. VIII.

11. W. F. Kirby. 1906. *A Synon. Catalogue of Orthoptera ;* Vol. II. London.

12. J. Carl. 1908. *Neue Locustodeen von Ceylon und Borneo.*—Mittheilung. Schweiz. Entom. Gesellsch., Schaffhausen, Vol. XI.

13. A. Griffini. 1908. *Sopra alc. Gryllacris malesi ed austro-malesi.* Bollett. Mus. Zoolog. Anat. Comp. Torino, Vol. XXIII, No. 581.

14. ———— 1908. *Note sopra alc. Grillacridi.* Ibidem, Vol. XXIII, No. 587.

15. ———— 1909. *Intorno ad alc. Gryllacris del Mus. Roy. d'Hist. Natur. e del Mus. du Congo, di Bruxelles.*—Atti Soc. Ital. Scienze Natur. Milano, Vol. XLVII.

16. ———— 1909. *Studi sui Grillacridi del Museo di Oxford.* Ibidem, Vol. XLVII.

17. ———— 1909. *Revisione dei tipi di alc. Gryllacris di Pictet et Saussure.* Monitore Zoolog. Italiano, Firenze, Anno XX.

18. ———— 1909. *Studi sopra alc. Grillacridi del Mus. Nazionale di Budapest.* Annales Mus. Nation. Hungarici, VII.

19. ———— 1910. *Révision des types de cert. Gryllacris décrites par F. Walker, existant au Musée d'Oxford.* Deutsche Entom. Zeitschr., Berlin.

20. ———— 1910. *Prospetto delle Gryllacris hyalino-fasciatae.* Atti Soc. Ital. Scienze Natur. Milano, Vol. XLIX.

21. ———— 1911. *Note crit. e sinon. sopra alc. Grillacridi e Stenopelmatidi descr. da antichi Autori.* Ibidem, Vol. L.

22. ———— 1911. *Note sopra alc. Stenopelmatidi e Grillacridi del Mus. di Sarawak.* Bollett. Mus. Zoolog. Anat. Comp. Torino, Vol. XXVI, No. 636.

23. ——— 1911. *Studi sui Grillacridi del Mus. Civ. di Storia Naturale in Genova.* Annali Mus. Civico Storia Natur. Genova.

24. ——— 1911. *Nuovi studi sopra alc. Grillacridi del Mus. Nazion. di Budapest.* Annales Mus. Nation. Hungarici, IX.

25. ——— 1911. *Studi sui Grillacridi del K. Zoolog. Museum di Berlino.* Atti Soc. Ital. Scienze Natur. Milano.